



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

10. Iacobi regis Scotiæ inter insidias maximas, diuina defensio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45701**

*Cap. XXI. Sept. morb. cauſſa, pictoris ſe exponentiū temeritas.* 207  
audaciam Cefaris, ut eum aggredierentur, cohortatio, fugaq; & diſceſto repentina, quocumq; diuerterat curſum. Poteſt Titus teme-  
zarius videri, & fortasse orat, cùm tam propè ad urbem & hostem  
accessiſſet. ſed apparuit nihilominus diuina in eo tutela, quia ef-  
ſiciebat opus, quod à Christo prædictum eſt, & Diuinā iuſtitiā  
ad occupandam urbem Hierosolymitanam, & subigendos pu-  
niendosque Iudeos, decretam. Quare non eſt mirandum, ſi  
quando via impiorum proſperetur; ſi etiam in Catholicis plecten-  
dis, hæretici, aut alij ipſi pœna digni, per tela, per ignes, per mille  
terum diſcrimina tranſeunt impunē. Flagellum ſunt Dei, ſuo  
tempore demum in flamas proiiciendum.

Edita eſt An. 1599. Latinè conſcripta conſpiratio, & even-  
tus eius, quæ Anno c10. 10c. 5. Auguſti in caput Iacobi VI. re-  
gis Scotiæ instituta eſt Perthi, nee ſine clara protectione diuina  
accidit. Ex venatione rex incautus atque intermis ab Alexandro  
fratre Comitis Gauriæ, præfecti regij, Perthi, eò, cum pauciflmiſ  
familiaribus, meris persuasionib; attractus, in fratum & con-  
juratorum iuſdias præparatas, in quodam cubiculo, ſolus in-  
eudit. iam captus tenebatur; iam vndeque telis & ſicarijs cinctus  
mortem ante oculos videbat. Sed longa iam dudum experientia  
teſtatur, plerumque exulcerata conscientia & malè feriatis ho-  
mines, cùm graue aliquod faciāt meditantur, ac præſertim  
quando ad magnorum virorum necem conducentur, metu per-  
turbari, puſillanimes fieri, ſtupidoſque & vecordes reddi. Quem-  
admodum, qui in ſua functione manent, fuoſque doceanos fide-  
liter defendunt, ijs, præter vires etiam fortitudo, præſens ani-  
mus, & robur, bona conſcientia & cauſa animum & robur con-  
firmando, accedit. Itaque cùm Iacobum regem cubili ſolo clau-  
ſum ſicarij circumſtarent; vnius atque alterius imperium, partim  
maieſtate ſua & eloquentia fregit; partim contra eliorum vin-  
cula intentata, ſe viribus, & nixu lacertorum, itemque clamando,  
ſe liberum natum, liberum etiam moriturum, defendit. Andreas  
autem Hunderiortus, qui regem interficere debebat, cùm fra-  
trem Comitis Alexandrum ſtricto pugione regi necem minari  
videret, tremebundus, timore ita eſt concuſſus, ut condenma-  
to, quād deputato ad tale facinus patrandum ſimiſor viderā  
poſſet,

X.

208 Cap. XXI. Sept. morb. canſa, pueris ſe exponentia temeraria,  
poſſet. Quæ reſ occaſionem præbuit, vt pauci familiariſ non  
tam armis, quām præſenti animo, & bona conſcientia armati  
inſtructi que juuarent. Nam illa exigua mora interpoſita, qua  
Iacobus clamauit: ſe liberum natum, liberum etiam moriturum:  
quatuor ē familiaribus illius, vnuſ poſt aliū, diuerſis ē locis in  
auxilium venerant, & octo, vel plures conjuſatos, ab armis in-  
ſtructiſſimos, vel interfecerunt, vel abegerunt malē multatos, re-  
ge incolumi conſeruato. Sublatis itaque interfeciſſi que capitibus  
conjuſatorum, ceteriſque remotis & fugatiſ, diuulgato regi  
periculo, numeruſ aulicorum auctus eſt. Rex autem ab inſi-  
dijs & proditione in tutum conſtitutus, præſens auxilium  
Numiniſ agnoscens, in medio aulicorum; in genua ſupplex pro-  
eubuit, Deoque pro liberatione tam prodigioſa, etiam inſperata  
victoria, prolixè gratias egit. Et quia à tanto malo incolumiſ  
ſeruatus fuit, non dubitauit, fruſtra id Daſm non feciſſe, ſed ſe  
ad maiora opera ſeruaffe.

XI. Refert Iuſtinianus de rebus Venetiis, Cremonæ, apud Ga-  
briūm Fundulum eius urbis Abduanæque glareæ dominum,  
vno tempore Ioannem XXII. Pontificem Maximum, Sigismundum  
Cæſarem, & Mocenicum Legatum abſentem delectum  
Principem Venetum, ſimul conueniſſe. Vbi inde diſciferunt,  
Gabiſinus ſepe poſtea ſeipſum parum mentis compotem appelle-  
lauit, quòd tres ſummoſ Principes orbis, Romanum Pontificem,  
Germanum Imperatorem, & Venetum Ducem, cum eos in po-  
teſtate habuiſſet, & intercipere potuifſet, tamen liberos dimiſiſſet.  
Nimiram, quemadmodum olim Deuſ, vt Lotum, eiusque fa-  
miliam intaminatos ſeruaret, Sodomitaz caciitate percuſſit, ne  
limen domus ingressumque inuenirent; ita hodieq; multos alioſ  
nocere capientes exercat, ne noceant, aut videant, vbi nocere  
poſſint. Utinam & nos non cæci eſſemus, qui quotidie ab in-  
numeris periculis, immo singuliſ horis defendimur, & tamen  
noſ agnoscimus diuinam protectionem, neque cum Iacobo Sco-  
tiaz rege in genua procumbimur, vt Seruatori noſtro Deo, An-  
gelo cuſtodi, Diuſque tutelaribus gratias laudeſque perſolu-  
muſ. Potuifſemus, ſicut Sisara, & Holofernos, ſomnum cum  
morte jungere; potuifſemus de lecto, de ſcalis cadere, & bra-  
chiuſ;

Gen. 19, 15

Iuſtinian.lib.  
ſ. de reb.  
Ven.